



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Örigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

III. de quibus sigillatim quaeritur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

A τὰ τὰ ἢ καὶ ἀλλοὶ διηγήσαντο. Et Homil. 14. seq. ἢ καὶ ἐμοὶ δὲ περὶ ἰσχυρὰ τοῦ πνεύματος. Et Tom. 14. in Matth. p. 230. ἰσχυρὰ μὲν ἂν τις ἢ καὶ ἰσχυρὰ. Et passim in Commentariis in Iohannem Heracleonem Hæreticum, hujus Evangelistæ Interpretem insectatur. Qui ergo alius ad Scripturas interpretandas Origenes viam prævisse dici potest? At excusari potest quod ait Sixtus Senensis libr. 4. Biblioth. *His similibus excitatiunculis ubique uti voluit, prout accibat hominem pene ἀποδιδασκάλου, & qui primus aggressus esset explanationem omnium divinarum Scripturarum, nondum ob ingentem earum difficultatem ab aliquo attentatam.* Nam alios quidem non negat partem aliquam scripturarum exposuisse; omnium vero scripturarum explanationem aggressum esse aliquem ante Origenem, id vero negat, & merito quidem.

B I. Verumtamen quamvis aliorum exemplum quod sequeretur habuit, fatendum nihilominus hanc cum explicandæ Scripturæ artem multum provexisse: nec enim simplicem quemdam interpretandi modum adhibuit, sed varia explanationum genera primus Scripturæ accommodavit. Nam vel diffusis Commentariis, quidquid suppeditabant ingenium & doctrina, prolixè congestit; vel brevibus tantum Scholiis obscuriora quæque illustravit; vel ad populi captum sese demisit, & selectas quasdam Scripturæ pericopas minus accurate per Homilias exposuit. Hieronymus in Prologo suæ interpretationis Homiliarum, quas in Ezechielem Origenes habuit: *Illud, inquit, breviter admonens, ut scias Origenis opuscula in omnem Scripturam esse triplicita. Primum eius excerpta, quæ Græce ῥηθλια nuncupantur, in quibus ea quæ sibi videbantur obscura atque habere aliquid difficultatis, summam, breviterque perstringit. Secundum Homiliaticum genus, de quo & præfens interpretatio eius est. Tertium quod ipse in scripsit τὸ κρυπτό, nos Volumina possumus nuncupare, in quo Opere tota ingenij sui vela spirantibus ventis dedit, & recedens à terra in mediū pelagus aufugit.* Rufinus in Prologo interpretationis suæ Commentariorum Origenis in Numeros, quem mihi olim Bigotiana Bibliotheca suppeditavit: *Quæcumque in Numerorum libro, sive Homiliatico stilo, sive etiam ex his quæ Excerpta appellantur, scripta reperimus, hæc perurgente te, Romana ut potuimus voce ex diversis in unum ordinem collecta digestimus.* Et paulo post: *Scire tamen te volo, Frater, quod hæc lectio vias quidem aperiat intelligentiæ, non tamen sigillatim cuncta quæ scripta sunt disserat, ut in Explicationum libris legisti: quo scilicet etiam Lector non reddatur otiosus, sed pungat cor suum, sicut scriptum est, & producat sensum, & audiat verbo bono, ut sapiens adjiciat ad illud.*

C III. Scholia breves erant notæ enodandis locis intricatioribus, & abstrusioribus sensibus erendis, quales habemus in omnes fere Græcos Poëtas. Erasmus Oriola reddi jubet. Sixtus Senensis exponit Vacaciones; sive otia, sive per otium excerpta; quibus quoties ad plenam commentationem otium desisset, ea tantum quæ sibi videbantur obscura, brevibus quibusdam annotationibus summam perstringebat. Inepte uterque. Scholion diminutivum est à Schola: Schola Græce & Latine, præter vulgatas significationes, lucubrationem etiam sonat, quæ de re aliqua per otium elaboratur. Scholion ergo parvam Scholam significat, hoc est Lucubrationunculam. Speciatim vero Scholia appellantur Commentarioli, vel Disseratiunculae. Præterea excerpti ex Auctore aliquo loci dicuntur Scholia, cujusmodi ex Evangelio, quo utebatur Marcion nonnulla depromsit Epiphanius Hæ. 42, & Scholia appellavit. Atque hæc Scholia Latine Excerpta proprie dicuntur. Male autem hoc nomine afficias breves expositiones, & dissertationes: quod tamen fecerunt Hieronymus & Rufinus, cum Origenis Commentariolos in Scripturam Excerpta dixerunt; omne Scholiorum genus communi Excerptorum vocabulo donantes, quod ad certam quamdam speciem erat restringendum. At quoniam brevibus sententijs hæc Scholia Origenis, sive Commentarioli concludebantur, idcirco Commentaticum interpretationis genus ea Hieronymus appellat. Proœm. Comment. in Matth. *Legisse me fateor, inquit, ante annos plurimos in Martiano Origenis viginti quinque volumina, & totidem ejus Homilias, Commentaticumque interpretationis genus.* Et Proœm. Comment. in Epist. ad Galat. *Scriptus enim ille vir (Origenes) in Epistolam Pauli ad Galatas quinque propria volumina, & decimum Stromatum suorum librum commentaticum super explanatione eius sermone complevit. Quod ita intelligo: Scholia in Epistolam ad Galatas decimo Stromatum suorum libro ipsum inseruisse.* Scholia vero ad sacrorum Librorum oram attextuisse Origenem ostendit liber vetustissimus Renati Marchali, quo continentur Prophetæ omnes, quique in Collegij Parisiensis Societatis Jesu Bibliotheca servatur, & cujus usuram humanissime mihi concessit Gabriel Cossartius amplissima huic Bibliothecæ præfectus, βιβλ. εζηκν ipse ἐπιλογῆς & doctrinæ omnis refertissimum penu. Prophetiæ Ezechielis præfixum hoc habet ille liber: *μετὰ τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐξῆλθεν, καὶ διαρτάθη τὰ ὡς ἔστιν αὐτῶν περὶ τῶν ἀποκάλυψεων, καὶ αὐτῶν ἡμετέρας διὰ τὸ ἕξιον ἔτη. ὅθεν ἐκείνη ἐστὶν τὰ ῥηθλια παρὰ τὸν ἁγίον. Desumptum est ab Hexaplis juxta Editiones, & emendatum ex ipsius Origenis Tetraplis, quæ & manu ipsius emendata, & scholijs succincta erant. Unde ego Eusebii Scholia apposui.* Hinc discimus Tetraplorū limbos Scholijs ab Origene fuisse succinctos. Si quis autem existimet quæ in hoc Marchali Codice ad oram Ezechielis, aliorumque Prophetarum adtextæ sunt annotationes, ea ipsa

Erasm. De lib. Origen. Stat. libr. 4. Bibl.



le Origenis Scholia, multum is sane errabit. Constant enim illa partim variis interpreta-
 onibus ex Aquila, Theodotione & Symmacho depromtis; partim lectionibus variis, vel
 circa lectionum varietatem observationibus. Neutra vero pro scholiis Origenis haberi
 possunt: non priores; quis enim putare possit in Tetrapla, quae Scholiis, ut dixi, succincta
 erant, unde & ista sumta sunt, depromtas & diversis Interpretum expositionibus particulas
 coniecisse Origenem, cum in iis plenae ipsae ac integrae interpretationes haberentur? non
 posteriores; ut pote in quibus saepe Origenis, & alicubi etiam Constantini Imperatoris
 nentio fiat.

Homiliae à Rufino & Hieronymo Tractatus appellantur. Apologia Pamphili à Rufino
 conversa: *Principue vero per eos Tractatus, quos pene quotidie in Ecclesia habebat ex tempore, quos &*
describentes notarij ad monumentum posteritatis iradebant. Hieronymus adv. Vigilantium, Epist. **B**
 75. de Homiliis in Iob loquens, quas Hilarius verterat: *Cur Tractatus eius in Iob, inquit, de-*
scriptos habet? & in Praefatione ad Homiliae Origenis in Canticum: Hos duos Tractatus, quos in
morem quotidiani eloquij parvulis adhuc lactantibus composuit, fideliter magis quam ornate interpreta-
tatus sum: & in Prooemio Commentar. in Epist. ad Galat. Scripsit enim ille vir (Origenes) in
Epistolam Pauli ad Galatas quinque propria volumina, & decimum Stromatum suorum librum comma-
matico super explanatione eius sermone complexit: Tractatus quoque varios, & Excerpta, quae vel sola pos-
sint sufficere, composuit. Nempe Tomos, Homiliae, & Scholia significat per quinque illa vol-
 lumina, & Tractatus, & Commaticum sermonem, ac Excerpta. Concludat vero forsitan
 ex hoc loco aliquis, Excerpta, & Commaticum sermonem res esse diversas: sed frustra; id
 enim sibi vult Hieronymus, alia in decimum Stromatum librum inserta esse Scholia, alia
 seorsum elaborata & descripta. Fallitur Erasmus cum Homiliae illas recte dici putat *Collo-*
quia, non enim Origenes cum auditoribus colloquebatur, sed auditores alloquebatur; ac
 proinde melius dicerentur *Alloquia*. In iis phaleras & oratoria pigmenta neglexit Ada-
 mantius; planum vero, familiare, ac simplex, nec valde prolixum, quale facilius patuatur
 Homiliae, dicendi genus persecutus est.

Tomi idem sunt quae & *ἑρμηνείαι* proprie dicta: nam quamvis hoc nomine affici pos-
 sint, quaecunque interpretationis vice funguntur; atque ita non ad Tomos solum, sed &
 ad Homiliae etiam, & Scholia referri possit ea vox, illamque Editioni nostrae, qua Tomis
 & Homiliae constat praefixerimus; nihilominus tamen ad Tomos spectatum & proprie per-
 tinet, iisque numquamnon in antiquis Codicibus tribuitur. Explicationum libros appel-
 lat Rufinus in Prologo interpretationis Commentariorum Origenis in Num. In iis Ori-
 genes Ebraica veritate stipatus, & suorum circumdatus agminibus, peregrinae interdum
 linguae quarebat auxilia, ut tradit Hieronymus in Prooem. Quae Ebraica in Homiliae autem
 Commune Editionem sequebatur, ut superiore Sectione notatum est.

IV. Interpretationes praeterea Origenis quasdam, *ὑμνωδοίαι* appellatas reperio. Vtrum
 Scholiis an Exegeticis proprie dictis vox ea tributa sit, quaerendum est. Hieronymus Scho-
 liis manifeste tribuit Prooem. in 1. Comment. Isaiae: *Feruntur, inquit, & alij sub nomine eius*
(Origenis) de visione visum duos ad Gratam libri, qui pseudographi putantur, & viginti quin-
que Homiliae, & ὑμνωδοίαι, quae nos Excerpta possumus appellare. Excerpta igitur, seu *ῥήματα*, ea
 sunt *ὑμνωδοίαι*. At Philocaliae cap. 26. postquam prolixum Origenis fragmentum in Exod. **E**
 10. 27. prolatum est, verba haec sequentibus aliquot fragmentis praefiguntur: *ἡ πάλιν ἐν*
ἄλλω τοῦ αὐτοῦ ἐν τῷ αὐτῷ οἷς ἡ ἕξοδος ὑμνωδοίαις. Igitur *ὑμνωδοίαι* constabant Tomis; igitur
 quaecunque hoc Philocaliae capite fragmenta in Exodum representantur, petita sunt *ἐκ τῶν*
ὑμνωδοίαις. Ea vero neutiquam pro Scholiis haberi possunt, sed iustorum Commentario-
 rum vicem explent; ea est rerum ac verborum ubertas & copia.

Ego quidem *ὑμνωδοίαι* generale vocabulum esse puto, quo Tomi & Scholia continentur.
ὑμνωδοίαι est, adnotare, commentarium scribere, scriptum aliquod ad aliud adicere, adscribere. *ὑμνωδοί-*
αις, adnotatio, commentarius, quidquid ad aliud scribendo adicitur, cuiusmodi sunt Scholia, &
 Commentarii qui ad oram librorum adtexti solent. Ita intelligendus Eusebius lib. 5. Histor.
 cap. 20. cum *ἡ ἀποστολικὴ ὑμνωδοίαις* appellat obtestationem quamdam quae ad finem libri **F**
 Irenaei *ἀπὸ τῶν ἁγίων* praeter contextum adiecta erat. Inde lux quoque alteri ejusdem Euse-
 bij loco lib. 6. cap. 16. ubi de Hexaplis Origenis agens, deque variis quibus illa constabant
 interpretationibus, ita scribit: *ταῦτα δὲ ἢ ἀπὸ τῶν ἑαυτῶν συνταραχῶν, ἢ τῶν τῶν αὐτοῦ κἀδὲ*
ἢ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἀλλήλων, καὶ ἢ ἀπὸ τῶν ἑβραίων ὑμνωδοίαις, τὰ ἢ τῶν λεγομένων ἑξαπλῶν ἡμῶν ἀπὸ
ῥήματα καὶ τὰ λήγοντων. Etsi omnibus in unum ab eo collectis, & per cola divisis, ac invicem à regione appo-
 sitis, cum Hebraei um praeterea contextum adscripsisset, exemplaria nobis Hexaplorum, uti appellari solent,
 reliquit. Quod Eusebius *ὑμνωδοίαις ἑβραίων* dixit, commodius *ἑβραίων ὑμνωδοίαις*
 Epiphanius nuncupavit, quasi dicas, *adjunctiones, adjectiones*. Optime quoque Nicephorus
ὑμνωδοίαις reddidit, hoc est, *descriptionem ad aliud additam*; addita enim praepositio notat
 esse *ἢ τῶν ἁγίων*. Cum ergo Scholia & Commentaria, alterius scriptionis explicanda gratia